21. Quod autem ait: *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam sed secundum debitum*, dixit, quemadmodum homines hominibus reddant mercedem. (2) Nam deus per gratiam dedit, quia peccatoribus dedit, ut per fidem iuste viverent, id est, bene operarentur. Quod ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis sed illi tribuendum est, qui per gratiam nos iustificavit. (3) Nam si debitam mercedem vellet reddere, poenam redderet debitam peccatoribus.

22. Quod autem ait: *Qui iustificat impium, hoc est ex impio pium facit, ut de cetero in ipsa pietate permaneat atque iustitia, quia ideo iustificatus est ut iustus sit, non ut peccare sibi licere arbitretur.*

23. Quod autem ait: *Lex enim iram operatur* vindictam significat et ad illum secundum gradum pertinet, cum est quisque sub lege.

24. Quod autem ait: *Ante deum cui credidit*, significavit fidem in interiore homine esse in conspectu dei, non in ostentatione hominum, sicuti est carnis circumcisio.

25. Quod autem ait de Abraham: *Dans gloriam deo*, adversus illos positum est, qui gloriam suam de operibus legis coram hominibus quaerebant.

26. Quod autem ait: *Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus* et cetera, gradatim perducit usque ad caritatem dei, quam caritatem dicit nos habere per donum spiritus; monstrat illa omnia, quae possemus nobis tribuere, deo esse tribuenda, qui spiritum sanctum per gratiam dare dignatus est.

27–28. Quod autem ait: *Usque ad legem enim peccatum in mundo fuit*, intelligendum est, quousque veniret gratia. (2) Contra eos enim dictum est, qui arbitrantur per legem auferri potuisse peccata. Dicit enim apostolus manifestata esse peccata per legem, non autem ablata cum dicit: *Peccatum autem non deputabatur cum lex non esset*. Non enim ait: non erat, sed: *non deputabatur*. (3) Neque cum lex data est, ablatum est, sed deputari coepit, id est, apparere. Non ergo putemus usque ad legem ita dictum esse, quasi iam sub lege non esset peccatum, sed dictum est sic: *usque ad legem*, ut totum legis tempus adnumereres usque ad finem legis, quod est Christus.

29. Quod autem ait: *Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen et in his qui non peccaverunt in similitudinem praevaricationis Adae*, duobus modis distinguitur: aut *in similitudinem praevaricationis Adae regnavit mors*, quia et qui non peccaverunt, ex origine mortalitatis Adam mortui sunt; aut certe: (2) *Regnavit mors et in his, qui non in similitudinem praevaricationis Adae peccaverunt*, sed ante legem peccaverunt, ut illi peccasse intelligantur in similitudinem praevaricationis Adae, qui legem acceperunt, quia et Adam accepta praecepti lege peccavit. (3) Sane etiam id quod

21. "For one who works, his wages are not reckoned to him as a gift, but as his due" (4:4). Paul here spoke of the way men give wages to men. (2) For God gave by grace, since he gave to sinners, so that by faith they might live justly, that is, do good works. Therefore the good works we do once we have received grace are due not to ourselves, but to him who justified us by grace. (3) For if he had wanted to pay a just wage, he would have meted out punishment, the wage owed to sinners.

22. "Who justifies the impious" (4:5), that is, he makes the impious man pious so that in the future the man might persevere in this very piety and righteousness. For a man is justified that he might be just, not that he might suppose he is permitted to continue to sin. (Cf. 6.1f.).

23. "For the Law works wrath" (4:15), which means punishment. This pertains to that second stage, when all are under the Law.

24. "In the presence of God in whom he believed" (4:17) means that faith is in the inner man, in the sight of God, and not in the displays of men, like fleshly circumcision.

25. Concerning Abraham he says: "giving glory to God" (4:20), against those who were seeking their own glory in the sight of men by the works of the Law.

26. "More than that, we glory in our sufferings" (5:3) and so on, so that gradually he leads us to the love of God (5:6), which he says we have through the gift of the Spirit. Paul shows us that all those things which we might attribute to ourselves ought to be attributed to God, who deigned to give us the Holy Spirit through grace.

27-28. "Up to the time of the Law sin was in the world" (5:13), meaning up until the time that grace came. (2) He said this against those who thought that sin could be taken away through the Law. For the Apostle states that sins are made manifest by the Law, not abolished, when he says, "Sin was not reckoned when there was no Law" (5:13). He does not say "Sin was not," but, "it was not reckoned." (3) Nor once the Law was given was sin taken away, but it began to be reckoned, that is, it became evident. Nor should we take the phrase "up until the time of the Law" to mean that already under the Law there was no sin. But he says "until the Law" so that you would count the whole time of the Law up to the end of the Law, which is Christ.

29. "But death reigned from Adam to Moses, even over those who did not sin in the likeness of Adam's transgression" (5:14). This can be punctuated in two ways: "in the likeness of Adam's transgression, death reigned," since even those who did not sin still died because of their origin in the mortality of Adam; or surely: (2) "Death reigned, even over those who did not sin in the likeness of Adam's transgression," but sinned before the time of the Law. Thus they who did receive the Law may be understood to have sinned in the likeness of Adam's transgression, because Adam also sinned after having received the law of the command. (3) Of

dictum est: *usque ad Moysen*, totum tempus legis intelligendum est. illum mors, sic per dominum nostrum vita. (4) Quod autem ait: *Sed non sicut delictum, ita est et donatio*, duobus modis donatio praecellit: vel quod multo magis abundat gratia, quia utique in aeternum per illam vivitur, temporaliter autem per mortem Adae mors regnavit; vel quod unius delicti condemnatione mors multorum facta est per Adam, per dominum autem nostrum Iesum Christum multorum delictorum donatione data gratia in vitam aeternam. (5) Aliam vero differentiam sic explicat dicens: *Et non sicut per unum peccantem ita est et donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis ad iustificationem*. (6) Ex uno ergo quod dictum est, subauditur delicto, quia sequitur: *gratia autem ex multis delictis*. Ergo haec differentia est, quod in Adam unum delictum damnatum est, a domino autem multa donata sunt. (7) Quod ergo sequitur, ambas istas differentias tenet, ut explicetur sic: *Si enim ob unius delictum mors regnavit per unum, multo magis qui abundantiam gratiae et iustitiae accipiunt, in vita regnabunt per unum Iesum Christum*. (8) Quod ergo dixit: *Multo magis regnabunt*, ad vitam aeternam pertinet, quod autem dixit: *Abundantiam gratiae accipiunt*, ad donationem multorum delictorum pertinet. (9) Post explicatas autem has differentias, redit ad formam unde coeperat, cuius ordinem suspenderat, cum diceret: *Sicut enim per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum et per peccatum mors*. (10) Ad quod nunc redit, cum dicit: *Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita et per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem vitae*. (11) Haec est forma futuri Adam, de qua superius loqui coeperat et eius aliquas differentias interponens distulerat ordinem, ad quem nunc redeundo conclusit dicens: *Itaque sicut per unius delictum in omnes homines et cetera*.

30. Quod autem ait: *Lex subintravit, ut abundaret delictum*, ipso verbo satis significavit nescisse Iudaeos, qua dispensatione lex data sit. (2) Non enim data est, quae possit vivificare, quia gratia vivificat per fidem, sed data est lex ad ostendendum quantis quamque arctis vinculis peccatorum constricti tenerentur qui de suis viribus ad implendam iustitiam praesumebant. (3) Sic abundavit peccatum, cum et concupiscentia ex prohibitione ardentior facta est et peccantibus contra legem praevaricationis crimen accessit. Quod intelligit, qui secundum gradum in illis quattuor gradibus considerat.

40 31. Quod autem ait: *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo vivemus in eo?* hinc ostendit de praeteritis peccatis factum esse, ut donarentur, et in eo superabundasse gratiam, ut praeterita peccata dimitterentur. (2) Ergo quisquis adhuc quaerit augmenta peccati, ut augmentum

course, by the phrase "until Moses" one understands the whole time of the Law. Moreover, Adam is "the figure of the one who was to come," but antithetically, for as death came through him, so through our Lord came life. (4) "But the free gift is not like the trespass" (5:15), for the gift excels in two ways. First, grace abounds much more in that it grants eternal life, although for the time being, through the death of Adam, death reigns. Second, by the condemnation of one transgression Adam caused the death of many, but by the gift for many sins our Lord Jesus Christ has given grace for life eternal. (5) And thus Paul explains another distinction, saying: "The gift is not like the effects of that one sinner. For the judgment following from one led to condemnation, but grace following from many trespasses, to justification" (5:16). (6) "From one" should be understood as "from one trespass," since "grace from many trespasses" follows. This, then, is the distinction: in Adam one sin was condemned, but by the Lord many sins were forgiven. (7) What follows maintains both these different senses, as Paul explains: "For if on account of one man's sin death reigned through one man, how much more will those who receive the abundance of grace and righteousness reign in life through one man Jesus Christ" (5:17). (8) Thus "how much more will they reign" pertains to life eternal; "they receive the abundance of grace," to the forgiveness of many sins. (9) Having drawn these distinctions, Paul returns to his initial outline, whose order he had interrupted when he said, "For just as through one man sin entered into the world and death through sin." (10) He now goes back to his point. "And so just as through one man's transgression all men were brought to condemnation, so through one man's righteousness all men were brought to the justification of life. For as through one man's disobedience many men were made sinners, so through one man's obedience many men will be made righteous" (5:18-19). This is the figure of the future Adam, which he had begun to speak of above. Interrupting his sequence of thought by introducing these two distinctions, he concludes by returning now to his point, "and thus through the transgression of one man all men" etc.

30. "The Law entered in to increase the trespass" (5:20). By this very expression Paul sufficiently indicated that the Jews did not understand why the Law had been given. (2) It was not to bring life, for grace does this through faith. But the Law was given to show what great and tight bonds of sins bound those who presumed to attain righteousness by their own strength. (3) Thus sin abounded, as both the prohibition made concupiscence more ardent, and the offense of trespass attended those who sinned against the Law. He who calls to mind the second of the four stages of man understands this.

31. "What then shall we say? Shall we continue in sin, that grace might abound? By no means! How shall we who have died to sin live in it?" (6:1-2). Here Paul makes a point about past sins: they have been pardoned, and in this pardon grace superabounded, so that earlier sins were dismissed. (2) Therefore anyone seeking to increase sin in order to feel an

gratiae sentiat, non intelligit id se agere, ut nihil in eo gratia operetur. Opus enim gratiae est, ut moriamur peccato.

32–34. Quod autem ait: *Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut evacuaretur corpus peccati*, refertur ad illud, quod per
 5 Moysen dictum est: *Maledictus omnis, qui in ligno perpendit*. (2) Veteris enim hominis crucifixio significata est in cruce domini, sicut novi hominis instauratio in resurrectione significata est. (3) Manifestum est autem secundum eum nos agere veterem hominem, qui maledictus est. Propter quem peccatum et de domino dictum esse nemo
 10 ambigit, quod peccata nostra portavit et peccatum pro nobis fecit et de peccato condemnavit peccatum. (4) Quid est autem evacuare corpus peccati? Ipse exposuit: *Ut ultra non serviamus peccato*, et illud quod ait: *Si mortui sumus cum Christo*, hoc est, si crucifixi sumus cum Christo. (5) Dicit enim alio loco: *Qui enim Christi Iesu sunt, carnem suam*
 15 *crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis*. Non ergo domino maledixit Moyses, sed, quid ostenderet eius crucifixio, prophetavit.

35. Quod autem ait: *Peccatum enim in vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia*, utique ad tertium illum gradum iam pertinet, ubi homo iam mente servit legi dei, quamvis carne serviat legi
 20 peccati. Non enim obaudit desiderio peccati quamvis adhuc sollicitent concupiscentiae et provocent ad consensionem, donec vivificetur etiam corpus et absorbeatur mors in victoriam. (2) Quia ergo non consentimus desideriis pravis, in gratia sumus et non regnat peccatum in nostro mortali corpore; et omnino ex illo loco, ubi ait: *Qui mortui sumus*
 25 *peccato, quomodo vivemus in eo?* eum describit, qui est sub gratia constitutus. Cui autem dominatur peccatum, quamvis velit peccato resistere, adhuc sub lege est, nondum sub gratia.

36. Quod autem dicit: *Mulier enim sub viro, vivo marito, vincta est legi; si autem mortuus fuerit vir eius, evacuata est a lege viri et cetera*, animad-
 30 vertendum est istam similitudinem in hoc differre ab ea re, propter quam adhibita est, quod hic virum dicit mori, ut mulier nubat cui volet liberata utique a lege viri; (2) ibi autem cum constituat animam quasi mulierem, virum autem quasi passiones peccatorum, quae operantur in membris, ut fructum ferant morti, id est, ut tali coniugio proles digna
 35 nascatur, et lex, quae data est non ad auferendum peccatum vel ad liberationem a peccato, sed ad ostendendum peccatum ante gratiam, per quod factum est ut sub lege positi vehementiore desiderio peccandi raperentur et amplius etiam praevaricatione peccarent—(3) cum ergo et ibi tria sint, anima tamquam mulier, passiones peccatorum tamquam
 40 vir et lex tamquam lex viri, non ibi tamen peccatis mortuis tamquam viro mortuo liberari animam dicit, sed ipsam animam mori peccato et liberari a lege, ut sit

increase of grace does not understand that he so conducts himself that grace has accomplished nothing in him. For the work of grace is that we might die to sin.

32-34. "We know that our old man was crucified at the same time, in order to cancel the body of sin" (6:6) refers to what Moses said, "Cursed be every man hanged from a tree" (Deut. 21:23). (2) For as the crucifixion of the old man was symbolized by the cross of the Lord, so the renewal of the new man was signified by the resurrection. (3) Clearly for Paul we are in the role of the old man who is accursed, on whose behalf, as no one doubts, the Lord himself was called "sin," because "he bore our sins" (cf. Jn 1:29; 1 Pt. 2:24), and "he made sin for us" (cf. 2 Cor. 5:21), and "by sin condemned sin" (Rom. 8:3). (4) And what does Paul mean by "to cancel the body of sin"? He explained himself: "that we might serve sin no more," and: "If we have died with Christ..." that is, if we have been crucified with Christ. (5) As he says elsewhere, "Those who are of Christ Jesus have crucified their flesh with its vices and appetites" (Gal. 5:24). Therefore Moses did not malign the Lord, but prophesied what his crucifixion would signify.

35. "Sin will have no dominion over you, for you are not under the Law, but under grace" (6:14). This clearly refers to that third stage when man in his mind now serves the Law of God, even though his flesh serves the law of sin (cf. 7:25). For he does not obey the urge of sin, even though lusts will still trouble him and seek his consent until the body is raised and death is swallowed up in victory (1 Cor. 15:54). (2) Thus because we do not consent to depraved longings, we are under grace, and sin does not reign in our mortal bodies. Indeed, here where Paul says, "How shall we who have died to sin still live in it?" he describes the man who is established in grace. But man who is dominated by sin, even though he wants to resist it, is still under the Law and not yet under grace.

36. "The married woman is bound by the Law under her husband as long as he lives; but if her husband dies, she is discharged from the law of her husband" (7:2). One should note how this analogy differs from its subject. For here Paul states that the husband dies, so that the woman may marry whom she will, since she has been freed entirely from the law of her husband. (2) Moreover, there when he designates the soul as the woman, and her husband as the passions of the sins that work in the members to produce the fruit of death, so that offspring are born worthy of such a union (cf. 7:4-6), and the Law, which was given not to take away sin nor to free man from sin but to reveal sin before grace, which is why those under the Law are seized by a more violent desire to sin, and sin all the more because of the trespass—(3) when therefore he makes this triple analogy—the soul symbolized by the wife, the passions of sin by the husband, and the Law by the law of the husband—Paul does not say that the soul is freed when sins are dead as the wife is freed when her husband is dead. Rather, he says that the soul itself dies to sin and is freed from the Law, so that it might

alterius viri, id est Christi, cum mortua fuerit peccato quamvis adhuc quasi vivente ipso peccato. (4) Quod fit, cum adhuc manentibus in nobis desideriis et incitamentis quibusdam ad peccandum non oboedimus tamen neque consentimus mente servientes legi dei, quia
 5 mortui sumus peccato. (5) Morietur autem et peccatum, cum reformatio corporis in resurrectione facta fuerit, de qua post dicit: *Vivificabit et mortalia corpora vestra propter spiritum manentem in vobis.*

37. Quod autem dicit: *Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam*, intelligendum est non
 10 omnem fuisse concupiscentiam, antequam prohibitione aucta esset. (2) Augetur enim prohibitione concupiscentia, quando deest gratia liberantis; ideo nondum est omnis, antequam prohibeatur. (3) Cum autem prohibita fuerit desistente, ut diximus, gratia, tantum crescit concupiscentia, ut ita in suo genere omnis, id est, consummata fiat, ut
 15 etiam contra legem fiat et praevaricatione crimen accumularet. (4) Quod autem dicit: *Sine lege enim peccatum mortuum est*, non, quia non est, dixit, *mortuum est*, sed quia latet, quod in consequentibus manifestat, cum dicit: *Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem.* (5) Bona est enim lex, sed sine gratia tantummodo ostendit peccata, non tollit.
 20

38. Quod autem ait: *Ego autem vivebam aliquando sine lege*, intelligendum est, vivere mihi videbar, quia ante mandatum latebat peccatum. (2) Et quod ait: *Adveniente autem mandato peccatum revixit, ego autem mortuus sum*, intelligendum est, peccatum apparere coepit, ego
 25 autem mortuum me esse cognovi.

39. Quod autem ait: *Peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me et per illud occidit*, ideo dictum est, quia desiderii prohibiti fructus dulcior est. (2) Unde etiam, quaecumque peccata occulte fiunt, dulciora sunt, quamvis mortifera ista dulcedo sit. Inde est, quod apud
 30 Salomonem fallacis doctrinae imagine sedens mulier et invitans, ut ad se veniant insipientes, scribitur dicere: *Panes occultos libenter edite et aquam dulcem furtivam bibite.* (3) Ista dulcedo est occasio per mandatum inventa peccati, quae cum appetitur, utique fallit et in maiores amaritudines vertit.

40. Quod autem ait: *Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem*, hic evidenter ostendit, quod superius dixerat: (2) *Sine lege enim peccatum mortuum est*, ideo dixisse, quia latet, quandoquidem nunc dixit non illud bonum, id est, legem factum sibi esse mortem, sed peccatum
 40 operatum esse mortem per bonum legis, id est, ut appareret peccatum,

belong to another husband, i.e., Christ, since the soul has died to sin, though sin itself, as it were, still lives. (4) This happens when, although desires and certain incitements to sin remain, we neither obey nor consent to them, for in our minds we serve the Law of God, because we have died to sin. (5) Moreover sin too will die when the body is transformed at the resurrection, concerning which Paul later says, "He will bring life again to your mortal bodies, because of the Spirit dwelling within you" (8:11).

37. "Sin, finding opportunity in the commandment, wrought in me every sort of concupiscence" (7:8). One should understand that every sort of concupiscence did not exist until prohibition increased it. (2) For since prohibition increases concupiscence in the absence of the Liberator's grace, before prohibition therefore every sort of concupiscence did not exist. (3) But when the prohibition was laid down, as we have said, in the absence of grace, concupiscence grew so greatly that it became complete—that is, consummate—in its nature, so much so that it even came against the Law, piling criminal offense on top of transgression. (4) When Paul says, "Without the Law sin lies dead" (7:8), he did not mean that sin does not exist, but that it lies hidden. His following statement makes this clear when he says, "But sin, in order to appear as sin, worked death in me through what is good" (7:13). (5) For the Law is good, but without grace it only reveals sins, and does not take them away.

38. "I was once alive apart from the Law" (7:9) should be understood to mean, 'I seemed to be alive', since before the command sin lay hidden. (2) "With the coming of the command, sin revived and I died" (7:10), that is, sin began to make itself known, and moreover I came to recognize that I was dead.

39. "For sin, finding the opportunity in the commandment, deceived me and so through it slew me" (7:11) because the fruit of a prohibited desire is sweeter. (2) Whence sins committed in secret are sweeter, even though that sweetness is deadly. Thus the seated woman in the Proverbs of Solomon, the image of false doctrine inviting the senseless to come to her, says, "Eat hidden bread willingly, and drink stolen waters which are sweet" (Prov. 9:17).¹ (3) This sweetness is the opportunity of sin found in the commandment (cf. 8:8) which, when sought, deceives utterly and turns into great bitterness.

40. "Did that which is good become death for me? By no means! But sin, to appear as sin, wrought death in me through what is good" (7:13). Paul here clarifies his earlier statement, (2) "without the Law sin lies dead." He had said this because sin lay hidden, as he now says not that a good thing (that is, the Law) had become death for him, but that sin wrought death through the good of the Law, thereby becoming manifest where,

1. Augustine first makes this association in *de Gen c. Man.* II.41; cf. *Conf.* III.vi, 11, where the woman is specifically equated with the Manichees.

quod latebat sine lege. (3) Tunc enim se mortuum quisque cognoscit, cum illud, quod recte praeceptum esse confitetur, implere non potest, et praevaricationis crimine amplius peccat, quam si non prohiberetur.

(4) Hoc est, quod in consequentibus dicit: *Ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum*, quod ante mandatum minus erat, quia, ubi non est lex, nec praevaricatio.

41. Quod autem ait: *Scimus quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum*, satis ostendit non posse impleri legem nisi a spiritualibus, quales facit gratia dei. (2) Similis enim quisque factus ipsi legi facile implet, quod praecipit, nec erit sub illa sed cum illa; is est autem, qui iam non capitur temporalibus bonis nec terretur temporalibus malis.

42. Quod autem ait: *Venumdatus sub peccato*, intelligendum est, quod unusquisque peccando animam suam diabolo vendit accepta tamquam pretio dulcedine temporalis voluptatis. (2) Unde et dominus noster redemptor dictus est, quia hoc modo, quo dictum est, venditi eramus.

43. Quod autem ait: *Quod enim operor, ignoro*, potest videri minus intelligentibus contrarium esse illi sententiae, qua dixit: *Peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem*. Quomodo enim apparet, si ignoratur? (2) Sed ignoro sic dictum est hoc loco, ut intelligatur, non approbo. Quomodo enim tenebrae non videntur, sed lucis comparatione sentiuntur—hoc est autem sentire tenebras, quod est non videre—(3) sic et peccatum, quia non illustratur luce iustitiae, non intelligendo dinoscitur, sicuti tenebras dictum est non videndo sentiri. Et ad hoc pertinet, quod in psalmis dicitur: *Delicta quis intelligit?*

44. Quod autem ait: *Non enim quod volo, hoc ago, sed quod odi, illud facio*. *Si autem quod nolo, hoc facio, consentio legi, quoniam bona est*, satis quidem lex ab omni criminatione defenditur, sed cavendum, ne quis arbitretur his verbis auferri nobis liberum voluntatis arbitrium, quod non ita est. (2) Nunc enim homo describitur sub lege positus ante gratiam. Tunc enim peccatis vincitur, dum viribus suis iuste vivere conatur sine adiutorio liberantis gratiae dei. (3) In libero autem arbitrio habet, ut credat liberatori et accipiat gratiam, ut iam illo, qui eam donat, liberante et adiuvante non peccet atque ita desinat esse sub lege, sed cum lege vel in lege implens eam caritate dei, quod timore non poterat.

45–46. Quod autem ait: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivantem me sub lege peccati, quae est in membris meis*, legem peccati dicit, qua quisque carnali consuetudine implicatus adstringitur. (2) Hanc repugnare ait legi mentis suae et se captivare sub lege peccati, unde intelligitur ille homo describi, qui nondum est sub gratia. (3) Si enim repugnaret tantum consuetudo carnalis et non

without the law, it had lain hidden. (3) For each man, when he cannot fulfill a precept which he recognizes as just, acknowledges that he is dead. He sins all the more because of the criminal offense of the trespass than he would have without the prohibition. (4) Hence Paul concludes: "So that the sinner or the sin might be beyond measure because of the command" (7:13), for the offense was less prior to the Law, since where the Law is not, neither is there transgression.

41. "We know that the Law is spiritual, but I am carnal" (7:14), indicates clearly that the Law cannot be fulfilled except by spiritual men, who are made such by the grace of God. (2) For he who has become spiritual like the Law will easily fulfill what it prescribes; nor will he be under the Law, but with it. He is one, moreover, whom temporal goods do not seduce nor temporal evils terrify.

42. "I have been sold under sin" (7:14) means that everyone, by sinning, sells his own soul to the devil because he received as his price the sweetness of temporal pleasure. (2) Whence also the Lord has been called our Redeemer ["repurchaser"] because, as Paul has just said, we had been sold.

43. "I do not understand my own actions" (7:15) may seem to the less understanding to contradict Paul's earlier sentence, "Sin, to appear as sin, wrought death in me through what is good" (7:13). How can his sinfulness be made manifest if it is not understood? (2) "I do not understand" has the sense here of "I do not approve." For example, one does not see darkness, but discerns it in contrast to light: to perceive darkness is *not* to see it. (3) So also sin, because it is not illuminated by the light of righteousness, is discerned by not understanding, in the way that darkness is perceived by not seeing. Something in the Psalms pertains here: "Who understands his own transgressions?" (Ps. 18:13).

44. "For I do not want to do what I do; but what I hate, this I do. If, moreover, I do what I do not want to do, I agree that the Law is good" (7:15-16). Thus is the Law sufficiently defended from every accusation. But one must take care lest he think that these words deny our free will, for it is not so. (2) The man described here is under the Law, prior to grace; sin overcomes him when by his own strength he attempts to live righteously without the aid of God's liberating grace. (3) For by his free will man has a means to believe in the Liberator and to receive grace so that, with the liberating assistance of him who gives it, he might cease to sin. Thus might man cease to be under the Law, but rather be with or within it, fulfilling it by the love of God, which he could not do through fear.

45-46. "I see another law in my members warring against the law of my mind and making me captive to the law of sin which dwells in my members" (7:23). The law of sin holds everyone captive, entangled by carnal custom. (2) This law wars against the law of man's mind, capturing him under the law of sin, by which one understands that the man described here is not yet under grace. (3) If such carnal custom were merely to battle, yet not

captivaret, non esset damnatio. In eo enim est damnatio, quod obtemperamus et servimus desideriis pravis carnalibus. (4) Si autem existant et non desint talia desideria, non tamen his oboediamus, non captivamur et sub gratia iam sumus. De qua loquetur, cum exclamaverit et imploraverit liberatoris auxilium, ut possit per gratiam caritas, quod per legem timor non poterat. (5) Dixit enim: *Infelix ego homo; quis me liberabit de corpore mortis huius?* et subiecit: *Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum.* (6) Deinde incipit describere hominem sub gratia constitutum, qui tertius gradus est illorum quattuor, quos superius distinximus. Ad hunc gradum iam pertinet, quod statim subiungit: *Igitur ego ipse mente servio legi dei, carne autem legi peccati*, quia licet existentibus desideriis carnalibus iam non servit consentiendo ad faciendum peccatum, qui sub gratia constitutus mente servit legi dei, carne autem legi peccati. (7) Legem autem peccati dicit ex transgressione Adae conditionem mortalem, qua mortales facti sumus. Ex hac enim labe carnis concupiscentia carnalis sollicitat et secundum hanc dicit alio loco: *Fuimus et nos naturaliter filii irae sicut et ceteri.*

47. Quod autem dicit: *Nulla ergo condemnatio est nunc in his, qui sunt in Christo Iesu*, satis ostendit condemnationem non esse, si existant desideria carnalia, sed si eis ad peccandum oboediatur. (2) Quod contingit his, qui sub lege constituti sunt, nondum sub gratia. Nam sub lege constituti non solum repugnantem habent concupiscentiam, sed etiam captivi ducuntur, cum obtemperant ei. Non autem contingit his, qui mente serviunt legi dei.

48. Quod autem ait: *Quod enim impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: deus filium suum misit in similitudine carnis peccati et de peccato damnavit peccatum in carne, ut iustitia legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus sed secundum spiritum*, (2) manifestissime docet eadem ipsa praecepta legis propterea non impleta, quamvis essent implenda, quoniam, quibus data erat lex ante gratiam, dediti erant carnalibus bonis et ex his beatitudinem acquirere cupiebant neque metuebant, nisi cum talibus bonis imminebat adversitas, et ideo, cum illa bona temporalia turbarentur, facile recedebant a praeceptis legis. (3) Infirmabatur ergo lex non implendo, quod praecipiebat, non sua culpa sed per carnem, id est, per eos homines qui carnalia bona appetendo non amabant legis iustitiam sed ei temporalia commoda praeponerant. (4) Et ideo liberator noster dominus Iesus Christus suscipiendo mortalem carnem venit in similitudine carnis peccati. Carni enim peccati mors debita est. (5) At vero illa mors domini dignationis fuit, non debiti, et tamen hoc quoque apostolus peccatum vocat suspensionem mortalis carnis quamvis non peccatricis, ideo quia immortalis tamquam peccatum facit,

triumph, there would be no condemnation. Condemnation lies in the fact that we submit to and serve depraved carnal desires. (4) But if such desires abide constantly and yet we do not obey them, then we are not captured and we are now under grace. Paul will speak of grace when he calls upon and implores the aid of the Liberator, so that love through grace might accomplish what fear through the Law could not. (5) For he said, "Unhappy man that I am! Who will deliver me from this body of death?," and he answered, "The grace of God through Jesus Christ our Lord." (6) Here he begins to describe the man constituted under grace, the third of the four stages we distinguished above. What he immediately goes on to say pertains to this stage: "Therefore I myself serve the Law of God with my mind, but with my flesh I obey the law of sin" (7:25). Though his carnal desires still exist, by not consenting to sin he does not serve them who, constituted under grace, serves the law of God with his mind even though with his flesh he serves the law of sin. (7) Moreover, Paul calls the law of sin the mortal condition which has its source in the transgression of Adam, because of which we are born mortal. And from this falling-down of the flesh, concupiscence of the flesh troublingly entices us. About this concupiscence Paul says in another place, "We were by nature children of wrath, like the rest of mankind" (Eph. 2:3).

47. "For now there is no condemnation for those who are in Christ Jesus" (8:1). There is no condemnation if carnal desires exist, but only if one gives into them and sins. (2) And this is relevant to those constituted under the Law and not yet under grace, for not only does concupiscence fight against them: it captures them once they give into it. But this does not pertain to those who serve the Law of God with their minds.

48. "As to what was impossible for the Law, made weak by the flesh: God sent his own son in the likeness of the flesh of sin and by sin he condemned sin in the flesh, so that the righteousness of the Law might be fulfilled in us, who walk not according to the flesh but according to the Spirit" (8:3). (2) Here Paul most clearly teaches that these precepts of the Law were not fulfilled, though they ought to have been, because they who had the Law prior to grace were given over to fleshly goods and through these sought happiness. Nor did they fear except when adversity threatened these goods. So when these temporal goods were threatened, these people easily withdrew from the precepts of the Law. (3) Therefore the Law grew weaker as its prescriptions went unfulfilled—not through its own fault, but because of the flesh, that is, because these men who, seeking after fleshly goods, did not love the righteousness of the Law, but placed temporal comforts before it. (4) And so our Liberator the Lord Jesus Christ, by taking up mortal flesh, came in the likeness of the flesh of sin. For death is the wages of the flesh of sin. (5) But surely the Lord's death was an act of good will, not the payment of a debt. Yet nonetheless here too the Apostle calls Christ's assumption of mortal flesh "sin," even though he was without sin, because Christ, inasmuch as he is deathless, "made sin" (so to speak)

cum moritur. (6) Sed *de peccato*, inquit, *condemnavit peccatum in carne*. Id enim egit mors domini, ne mors timeretur et ex eo iam non appeterentur temporalia bona nec metuerentur temporalia mala, in quibus carnalis erat illa prudentia in qua impleri legis praecepta non poterant. (7) Hac autem prudentia in homine dominico destructa et ablata iustitia legis impletur, cum secundum carnem non ambulatur, sed secundum spiritum. (8) Unde verissime dictum est: *Non veni legem solvere sed implere. Plenitudo ergo legis caritas*. Et caritas eorum est, qui secundum spiritum ambulant. (9) Haec enim ad gratiam pertinet spiritus sancti. Quando enim non erat caritas iustitiae sed timor, lex non implebatur.

49. Quod autem ait: *Quia prudentia carnis inimica in deum. Legi enim dei non est subiecta; nec enim potest*, ostendit, quid dixerit: *inimica*, ne quis putaret tamquam ex adverso principio aliquam naturam, quam non condidit deus, inimicitias adversus deum exercere. (2) Inimicus ergo dei dicitur, qui legi ipsius non obtemperat et hoc per carnis prudentiam, id est, cum appetit temporalia bona et timet temporalia mala. (3) Definitio enim prudentiae in appetendis bonis et vitandis malis explicari solet. Quapropter recte appellat apostolus carnis prudentiam, qua haec appetuntur pro magnis bonis, quae non perseverant cum homine, et ne haec amittantur timetur, quae quandoque amittenda sunt. (4) Non potest autem talis prudentia legi dei obtemperare, sed tunc obtemperatur legi, cum haec prudentia extincta fuerit, ut ei succedat prudentia spiritus, qua nec in bonis temporalibus spes nostra est neque in malis timor. (5) Eadem namque animae natura et prudentiam carnis habet, cum inferiora sectatur, et prudentiam spiritus, cum superiora eligit, quemadmodum eadem aquae natura et frigore congelascit et calore resolvitur. (6) Sic ergo dictum est: *Legi dei non est subiecta prudentia carnis; neo enim potest*, quomodo recte diceretur nivem non posse calefieri; neque enim potest, sed cum adhibito calore solvitur et calescit aqua, iam nemo potest eam nivem dicere.

50. Quod autem ait: *Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiam*, corpus mortuum dicit mortale. (2) Ex ipsius enim mortalitate indigentia rerum terrenarum sollicitat animam et quaedam desideria excitat, quibus ad peccandum non obtemperat, qui iam mente servit legi dei.

51. Quod autem ait: *Si spiritus eius, qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, habitat in vobis, qui suscitavit Iesum Christum a mortuis, vivificabit et mortalia corpora vestra per inhabitantem spiritum eius in vobis*, iam quartum gradum demonstrat ex illis quattuor, quos superius distinximus. (2) Sed gradus iste in hac vita non invenitur. Pertinet enim ad spem, qua exspectamus redemptionem corporis nostri, quando corruptibile hoc induet incorruptionem et mortale hoc induet immortalitatem. (3) Ibi pax perfecta est, quia nihil molestiarum anima de corpore patitur iam vivificato et in caelestem qualitatem immutato.

when he died (cf. *Propp.* 32-34, 3; 2 Cor. 5:21). (6) But "by sin," Paul says, "he condemned sin in the flesh." For as a result of the Lord's death, those who had been wise in an earthly way, and so unable to fulfill the Law, ceased to fear death and neither sought worldly goods nor feared worldly evils. (7) Since the Lord as man has destroyed and removed this so-called wisdom, the righteousness of the Law is fulfilled when man does not walk according to the flesh, but to the spirit. (8) Whence it is most truly said, "I did not come to dissolve the Law but to fulfill it" (Mt 5:17). "For the fullness of the Law is love" (13:10), and love is theirs who walk according to the Spirit (9) whose grace pertains to this love. When therefore people feared rather than loved righteousness, the Law was not fulfilled.

49. "For the wisdom of the flesh is hostile to God; it is not subject to the Law of God, nor can it be" (8:7). Paul explains why he said "hostile," lest anyone think there is some nature born of an opposing principle that God did not create and that fights against God. (2) Paul states therefore that he who does not submit to God's Law is said to be hostile to God, and acts so because of the wisdom of the flesh, that is, in seeking worldly goods and fearing worldly evils. (3) For the usual definition of wisdom is to seek good and avoid evil. Wherefore rightly the Apostle names it the "wisdom of the flesh" when man seeks these lesser, transient goods and fears to lose what must be lost some day. (4) Nor, moreover, can such wisdom submit to the Law of God. But it will one day, when it is extinguished, superseded by the wisdom of the Spirit, on account of which we neither hope in temporal goods nor fear temporal evils. (5) For the soul has a single nature, and it has both the wisdom of the flesh when it follows inferior things, and the wisdom of the Spirit when choosing the superior, just as water's single nature both freezes from cold and melts from heat. (6) And so Paul said that "the wisdom of the flesh is not subject to the Law of God, nor can it be" in the same sense as one rightly says that snow cannot tolerate heat. For snow, once heated, melts and the *water* becomes warm, so that no one can then call it "snow."

50. "Indeed, the body is dead because of sin, but the spirit is life because of righteousness" (8:10). "The body is dead" means it is subject to death. (2) Because of this mortality the need for earthly things troubles the soul and arouses certain desires, to which he does not submit to the point of sinning who now serves the Law of God in his mind.

51. "If the spirit of him who raised Jesus Christ from the dead dwells in you, he who raised Jesus Christ from the dead will give life to your mortal bodies too, through his spirit dwelling in you" (8:11). Paul now points to the fourth of those four stages which we distinguished above. (2) But one does not reach this stage in this life; it pertains to that hope by which we await the redemption of our body, when this corruptible and mortal thing will put on incorruption and immortality (cf. 1 Cor. 15:53-4). (3) Then is there perfect peace, because the soul endures no troubles from the now-revivified body changed into a heavenly quality.

52. Quod autem ait: *Non enim accepistis spiritum servitutis in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba, pater*, evidentissime duorum testamentorum distincta sunt tempora. Illud enim ad timorem pertinet, novum autem ad caritatem. (2) Sed quaeritur, quis sit spiritus servitutis? Nam spiritus adoptionis filiorum utique spiritus sanctus est, spiritus ergo servitutis in timore ille est, qui potestatem habet mortis, quia ipso timore per totam vitam rei erant servitutis, qui sub lege agebant, non sub gratia. (3) Nec mirandum est, quod eum acceperunt per divinam providentiam, qui bona temporalia sectabantur, non quia ipsius est lex et mandatum—(4) nam *lex sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum*, ille autem spiritus servitutis non utique bonus, quem accipiunt qui praecepta datae legis implere non possunt, dum serviunt desideriis carnalibus nondum gratia liberatoris assumpti in filiorum adoptionem—sed quia et ipse spiritus servitutis non habet quemquam in potestate, nisi qui ei per ordinem divinae providentiae traditus fuerit dei iustitia sua cuique tribuente. (5) Quam potestatem acceperat apostolus, cum dicit de quibusdam: *Quos tradidi satanae, ut discant non blasphemare*, et iterum de alio: *Iam iudicavi, inquit, tradere huiusmodi satanae in interitum carnis, ut anima salva sit*. (6) Qui ergo nondum sub gratia sunt sed sub lege constituti vincuntur peccatis ad oboediendum desideriis carnalibus et praevaricatione augent reatum criminum suorum, spiritum acceperunt servitutis, id est spiritum eius, qui potestatem mortis habet. (7) Nam si spiritum servitutis ipsum spiritum hominis intellexerimus, incipit et spiritus adoptionis ipse intelligi tamquam in melius commutatus. (8) Sed quia spiritum adoptionis spiritum sanctum accipimus, quem manifeste ostendit, cum dicit: *Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro*, (9) restat, ut spiritum servitutis illum intelligamus, cui serviunt peccatores, ut, quemadmodum spiritus sanctus a timore mortis vindicat, sic spiritus servitutis, qui potestatem habet mortis, eiusdem mortis terrore reos teneat, ut se ad liberatoris auxilium quisque convertat etiam ipso diabolo invito, qui eum semper in potestate habere desiderat.

53. Quod autem ait: *Nam expectatio creaturae revelationem filiorum dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non sponte* et cetera usque ad id quod ait: *Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri*, (2) sic intelligendum est, ut neque sensum dolendi et gemendi opinemur esse in arboribus et oleribus et lapidibus et ceteris huiusmodi creaturis—hic enim error Manichaeorum est—(3) neque angelos sanctos vanitati subiectos esse arbitremur et de his existimemus, quod liberabuntur a servitute interitus, cum interituri utique non sint, sed omnem creaturam in ipso homine sine ulla calumnia cogitemus. (4) Non enim creatura ulla esse potest nisi aut spiritalis,

13. I certainly do not think I should neglect to mention here something that Father Valerius⁴ noticed with amazement in the conversation of certain peasants [which was in Punic]. Overhearing one say "salus" to the other, Valerius asked the one who knew both Latin and Punic what "salus" meant. The peasant answered, "Three." (2) Then Valerius, realizing with joy that our word for greeting, "salus," means "trinity," thought that this harmony of languages was no accident, but rather the most hidden dispensation of divine providence. For when one says "salus" in Latin, a Carthaginian understands it as "three"; and when Carthaginians say "three" in their own language, it is understood in Latin as "salvation." (3) Furthermore, when the Canaanite woman (that is, the Punic or Phoenician woman from the region of Tyre and Sidon who represents the Gentiles in the Gospel) petitioned for her daughter's health, the Lord answered her: "It is not fitting to throw the children's bread to dogs" (Mt 15:26). (4) She accepted this humiliation as if by the confession of sins she was about to obtain health [or "salvation"] for her daughter, that is, her new life. "Yes, Lord," she said, "but even dogs eat the crumbs which fall from their lords' table" (Mt 15:27). (5) Now in this Canaanite woman's tongue, "three" sounds like "salus"—for if you ask our peasants what they are, they will answer in Punic "Chanani" which, although it is missing a letter, which is usual in such cases, can mean nothing other than "Canaanite." (6) And so in asking for health the woman asked for the Trinity, for the Roman word, which names "trinity" in Punic, is the noun for "salvation." And so the woman turned out to be the first of the Gentiles at the Lord's coming, for we have said that she represents the Gentiles. Moreover, when the Lord responded as if the woman had asked for bread, to what did he witness, if not the Trinity?—(7) for he clearly teaches elsewhere that one might think of the Trinity itself as

3. *Salus*—"greetings," "salvation," "health." Augustine exploits all these meanings to make his argument through 13,6. Where a passage depends on all these multiple meanings, I have left "salus" in the text.

4. The bishop of Hippo while Augustine was presbyter and later co-adjutor bishop.

in tribus panibus intelligendam esse apertissime docet. Sed haec verborum consonantia sive provenerit sive provisa sit, non pugnaciter agendum est ut ei quisque consentiat, sed quantum interpretantis elegantiam hilaritas audientis admittit.

5 **14.** Illud sane magna intentione animi considerandum et totis viribus pietatis amplectendum satis apparet, quoniam, si gratia et pax ad implendam trinitatis commemorationem sic ab apostolo ponitur, ac si sanctum spiritum nominet, ille peccat in spiritum sanctum qui
 10 desperans vel irridens atque contemnens praedicationem gratiae, per quam peccata diluuntur, et pacis, per quam reconciliamur deo, detrectat agere poenitentiam de peccatis suis et in eorum impia atque mortifera quadam suavitate perdurandum sibi esse decernit et in finem usque perdurat. (2) Quod ergo ait dominus dimitti homini, si verbum dixerit
 15 adversus filium hominis; si autem verbum dixerit adversus spiritum sanctum, non ei dimitti neque hic neque in futuro saeculo, sed reum esse aeterni peccati, non negligenter audiendum est. (3) Constituamus enim aliquem Latinae linguae ignarum, cum illo audiente pronuntiatus fuerit ab aliquo spiritus sanctus, quaerentem quid rerum significetur
 20 sub isto syllabarum sono; ab aliquo autem deceptore vel irrisore impio responderi aliquid aliud, quodlibet vile et abiectum, ut quaerentem decipiat, sicuti a talibus fieri solet ridendi gratia; illum autem per ignorantiam contempsisse hoc nomen, dum nescit quid significet, et aliqua etiam in hoc convicia iactitasse: neminem esse arbitror tam vanum et inconsideratum, qui hunc hominem ullo crimine impietatis aspergat.
 25 (4) At contra si tacito nomine res ipsa verbis, quibus potest, ad quaerentis intelligentiam perducatur, tum vero, si aliqua contumeliose in tantam sanctitatem vel verba vel facta protulerit, reus tenebitur. (5) Quae cum ita sint, manifestum esse arbitror eum, qui hoc nomine audito aliam pro alia rem significari putaverit et adversus eam rem,
 30 quam significari hoc nomine credidit, verbum dixerit, non hunc sic peccare ut adversus spiritum sanctum verbum dixisse iudicetur. (6) Itaque si quisquam quaerens, quid sit spiritus sanctus, audiat ab imperito hunc esse filium dei, per quem facta sunt omnia, qui etiam certa opportunitate temporis de virgine natus sit et occisus a Iudaeis et resurrexerit,
 35 quibus auditis vel neget vel irrideat quae dicta sunt, non eum sic teneri putandum est ac si verbum adversus spiritum sanctum dixerit, sed potius adversus filium dei vel filium hominis, sicut et vocari et esse dignatus est. (7) Non enim, quid sit imperito per vocem propositum, sed per rationem expositum, considerandum est, quia ille, cum maledicta proferret, ei utique maledicebat quem sibi enarratum cogitatione
 40 intuebatur. Quodlibet autem vocaretur, utrum res ipsa veneranda an neganda vel vituperanda esset, hoc quaeritur. (8) Hoc modo etiam si quisquam quaerat quid sit Iesus Christus,

three loaves of bread (cf. Lk 11:5-13). But whether this consonance of words came about by accident or by Providence should not be pursued aggressively with a view to winning full agreement, but enough so that the pleasure of the listener might make allowance for the finesse of the interpreter.

14. Clearly then one should consider this with great mental rigor and embrace it with all the strength of piety: that is, if Paul uses "grace" and "peace" to stand for the Holy Spirit in his invocation of the Trinity, then the person who despairs of or ridicules or belittles the prediction of grace, which washes away sins, and peace, which reconciles us to God, and who then refuses to repent for his sins, sins against the Holy Spirit. For thus he decides that he must continue in sin's impiety and death-bringing sweetness, and so he continues to the end. (2) The Lord therefore said that a man would be forgiven if he spoke a word against the Son of Man, but that if he spoke against the Holy Spirit, he would be forgiven neither in this world nor in the next, but would be guilty of eternal sin, because this sin would not be heard lightly (Mt 12:31f). (3) Let us suppose that someone did not know Latin and, hearing someone else pronounce the words "Holy Spirit," that he asked another person what these syllables signified. And let us suppose that this other person was a liar or an impious joker, and that he told him something other than the truth, something vile and lowly to deceive the questioner, as this sort of person will usually do for a joke. And let us suppose that this first man, through ignorance, was contemptuous of the name of the Holy Spirit, not knowing what it signified, and furthermore, that he hurled some insults against it. No one, I think, would be so vacuous and unthinking as to accuse this man of any crime of impiety. (4) On the other hand, if somebody explained to the questioner by whatever means not the name of the Holy Spirit but the idea of it itself, and still he proceeded to speak or act abusively against such sanctity, he would then be considered guilty. (5) Thus I consider it obvious that if someone hearing the name of the Holy Spirit thinks that it signifies something else entirely, and speaks against what he took the name to signify, he would not thereby be held to have sinned by speaking against the Holy Spirit. (6) So too, if anyone asks what the Holy Spirit is, and hears from some ignorant person that it is the Son of God through whom all things were made, and who at the appointed hour was born of a virgin, killed by the Jews, and then raised, and then having heard these things the person denies or mocks what he had heard, he should not be judged to have spoken against the Holy Spirit. Rather, he spoke against the Son of God or of Man, as Jesus Christ deigned to be called and to be. (7) For one ought to consider not what the questioner's voice said, but what his reason set forth, since that man when he blasphemed certainly maligned the Son of God or Man, though he thought it the Holy Spirit who had been reported to him. For the true question here is not what the concept is called, but whether it was itself actually venerated or denied and cursed. (8) Likewise if anyone asks what Jesus

et ea quaerenti respondeantur quae non in filium dei sed potius in spiritum sanctum conveniunt, quibus auditis ille blasphemet, non utique adversus filium, sed adversus spiritum sanctum verbum dixisse tenebitur.

5 **15.** Sed si transitorie ac negligenter attenderimus quod dictum est: *Si quis verbum dixerit adversus spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro*, quis inveniri poterit, cui veniam peccatorum dederit deus? (2) Nam et pagani qui appellantur, etiam nunc totam nostram religionem, quia iam ferro et caedibus prohibentur, maledictis
10 contumeliisque insectantur et, quicquid de ipsa trinitate dicimus, negando et blasphemando contemnunt. (3) Non enim excipiunt sibi spiritum sanctum, quem venerentur, ut in cetera saeviant, sed simul adversus omnia, quaecumque sollicite de trina dei maiestate loquimur, quanto possunt furore impietatis, oblatrant. Nam neque de ipso deo
15 patre digne sentiunt, quem partim penitus negant, partim sic fatentur, ut de illo falsa fingendo non utique illum sed sua figmenta venerentur. (4) Multo magis ergo, quod de filio dei vel de spiritu sancto dicimus, suo impio more deridere quam nostra pia societate colere maluerunt. Quos tamen quantum possumus adhortamur ad Christum cognoscendum et per ipsum patrem deum summoque et vero imperatori militandum esse suademus eosque promissa impunitate praeteritorum
20 omnium peccatorum invitamus ad fidem. (5) Qua in re satis iudicamus, etiam si quid adversus spiritum sanctum in sua sacrilega superstitione dixerunt, cum christiani facti fuerint, sine ulla caligine dubitationis ignosci. Iudaei vero quales adversus spiritum sanctum fuerint, testis est Stephanus, quem ipso spiritu sancto plenum lapidaverunt, cum illa omnia quae in eos dixit, ipse spiritus dixerit. (6) In quibus
25 verbis apertissime dictum est Iudaeis: *Vos semper restitistis spiritui sancto*. In illo tamen numero Iudaeorum resistentium spiritui sancto et non ob aliud Stephanum vas eius, nisi quod eo plenus erat, lapidantium etiam Paulus apostolus erat in manibus omnium, quorum vestimenta servabat; quod sibi postea etiam poenitendo increpitat eo ipso spiritu iam plenissimus, cui primo inanissimus resistebat, et paratus iam lapidari pro talibus dictis, qualium praedicatorem ipse lapidaverat. (7) Quid
35 Samaritani? Nonne ita spiritui sancto adversantur ut ipsam prophetiam penitus conentur extinguere, quae per spiritum sanctum ministrata est? (8) Quorum tamen saluti et ipse dominus attestatur in eo, qui de leprosis decem mundatis solus reversus est ut ageret gratias, cum esset Samaritanus, et in illa muliere, cum qua ad puteum sexta hora locutus
40 est, et

Christ is and receives an answer which applies not to the Son of God but rather to the Holy Spirit, and then the questioner blasphemes against what he heard, he certainly does not speak against the Son, but rather against the Holy Spirit.

15. If we attend cursorily or carelessly to this statement, "If anyone speaks a word against the Holy Spirit, he will not be forgiven either in this world or in the one to come" (Mt 12:32), who could be found whom God could pardon for his sins? (2) For even now those who are called pagans attack our entire religion, no longer with sword and slaughter, since they are prohibited from doing so, but with curses and insults, and they scorn with denials and blasphemy whatever we say about the Trinity itself. (3) They make no exception of the Holy Spirit, that they might worship it and so concentrate their violence on the other two members of the Trinity, but rather they snarl with the greatest fury and impiety possible against any statement of the triple majesty of God that we might cautiously offer. Nor do they consider with fitting respect God the Father himself, for some deny him entirely, while others imagine such false things about him that they end by worshipping not him but their own inventions. (4) They impiously ridicule what we say about the Son of God or the Holy Spirit that much more, preferring ridicule to worship in pious association with us. Nonetheless we urge them as much as we can to acknowledge Christ and through him God the Father; we urge them to fight for the true, the highest Emperor; and we invite them with the promise of pardon for all their past sins to join the faith. (5) For in this matter we consider that even if they in their sacrilegious superstition had spoken against the Holy Spirit, once they become Christians, they are pardoned beyond any shadow of a doubt. As for Jewish hostility to the Holy Spirit, Stephen himself is a witness. For they stoned him when he was full of the Holy Spirit, because he said to them the same things the Spirit had once said (Acts 6:8-7:60). (6) And he most clearly told the Jews: "You have always resisted the Holy Spirit" (Acts 7:51). But nonetheless among those Jews resisting the Holy Spirit and stoning Stephen its vessel precisely because he was filled with this same Spirit was Paul the Apostle, who held all their garments. He later reproached himself regretfully for that incident when he himself was filled with that same Spirit which he at first had foolishly resisted. And he was prepared to be stoned for saying the same sort of things for which he had stoned the preacher, Stephen. (7) And what of the Samaritans? Do not they too oppose the Holy Spirit to the extent that they try to extinguish completely that prophecy mediated through it?⁵ (8) Nonetheless the Lord himself confirms their salvation by various examples: that man from among the ten cleansed lepers who alone returned to give thanks, though he was a Samaritan (Lk 17:15f.); and the woman at the well whom he spoke with at the sixth hour (Jn 4:7); and

5. The Samaritans reject the prophets in that they accept only the Pentateuch as authentic scripture.

eis, qui per illam crediderunt. (9) Post domini autem ascensionem, sicut in Actibus Apostolorum scriptum est, quanta gratulatione sanctorum recepit Samaria verbum dei? (10) Simonem quoque magum arguens Petrus apostolus, quod tam male de spiritu sancto senserit, ut eum venalem putans pecunia sibi emendum poposcerit, non tamen ita de illo desperavit ut veniae locum nullum relinqueret. Nam benigne etiam, ut eum poeniteret, admonuit. (11) Ipsa denique catholicae ecclesiae tam insignis auctoritas, quae in eodem dono spiritus sancti omnium sanctorum mater toto fecunda orbe diffunditur, cui umquam haeretico vel scismatico spem liberationis, si se corrigat, amputavit? (12) cui placandi dei aditum clausit? Nonne omnes ad ubera sua, quae superbo fastidio reliquerunt, cum lacrimis revocat? Quis vero vel de principibus vel de gregibus haeticorum invenitur, qui non adversetur spiritui sancto? Nisi forte quisquam tam perverse sentit, ut arbitretur eum teneri reum, qui adversus spiritum sanctum aliquid dixerit, eum vero, qui adversus spiritum sanctum multa fecerit, non teneri. (13) Qui autem tanta evidentia contra spiritum sanctum pugnant quam illi qui adversus ecclesiae pacem superbissimis contentionibus saeviunt? Sed si de verbis quaestio est, quaero utrum nihil dicant adversus spiritum sanctum, cum alii eum, quod ad ipsum proprie pertinet, omnino non esse asseverent, sed ita esse unum deum ut idem ipse pater, idem ipse filius, idem ipse spiritus sanctus appelletur; (14) alii fateantur quidem esse spiritum sanctum, sed aequalem filio vel omnino esse deum negent; alii unam quidem et eandem trinitatis substantiam esse fateantur, sed de ipsa divina substantia tam impie sentiant ut eam commutabilem et corruptibilem putent, ipsumque spiritum sanctum, quem dominus discipulis se missurum esse promisit, non quinquagesimo die post eius resurrectionem, sicut Apostolorum Acta testantur, sed post trecentos fere annos per hominem venisse confingant; (15) alii similiter adventum eius, quem tenemus, negent et eum prophetas in Phrygia, per quos tanto post loqueretur, elegisse contendunt; alii sacramenta eius exsufflent et baptizatos in nomine patris et filii et spiritus sancti denuo baptizare non dubitent. (16) Sed ne pergam per singula, quae sunt innumerabilia, his certe omnibus, quos pro tempore breviter attigi, ad sponsam Christi redeuntibus et errorem atque impietatem poenitendo damnantibus nulla catholica disciplina negandam ecclesiae pacem et claudenda viscera misericordiae iudicavit.

16. Quod si quisquam tunc putat verbum dici adversus spiritum sanctum, cum ab eo dicitur, cui iam per baptismum dimissa peccata sunt,

those who believed because of her (Jn 4:42). (9) Moreover, after the Lord's ascension, does not the *Acts of the Apostles* relate the great joy on the part of the saints at Samaria's reception of the word of God (Acts 8:9)? (10) Also the apostle Peter charged Simon Magus, because Simon had held the Spirit in such low esteem that he thought it was for sale and demanded it with money. But Peter did not so despair of Simon that he left no place for forgiveness; rather, he benignly admonished him to repent (Acts 8:9–22). (11) And finally that great authority of the Catholic Church, the mother of all the saints by that same gift of the Holy Spirit, spread with such fecundity throughout the whole world—to what heretic or schismatic has she ever cut off the hope of salvation, if he correct himself? (12) To whom has she shut off access to placating God? Does she not with tears call back to her breast all who in proud haughtiness have left her? But what heretic, be he leader or follower, does not oppose the Holy Spirit? Or is anyone so perverse as to think that only he who speaks against the Holy Spirit, and not he who does many things against it, should be considered guilty? (13) For who more clearly fights against the Holy Spirit than those whose arrogant arguments rage against the peace of the Church? But if it is a question of words, I ask whether nothing is said against the Holy Spirit when some, denying that the Spirit's proper and specific offices exist at all, maintain that God is One, and is only variously labeled the Father or the Son or the Holy Spirit?⁶ (14) Others acknowledge the Spirit's existence but deny its equality to the Son, or that it is God at all.⁷ Others acknowledge the Trinity's single nature and essence, but they think so impiously as to consider this divine nature changeable and subject to corruption. Further, they pretend that this very same Holy Spirit, which the Lord had promised to send to his disciples, had come not on the fiftieth day after the Lord's resurrection, as the *Acts of the Apostles* testifies (Acts 2:1–4), but only after some three hundred years in the form of a man.⁸ (15) Others similarly deny the coming of the Spirit that we hold, and contend that it elected prophets in Phrygia, through whom the Spirit spoke so much afterwards.⁹ Others blow away the Spirit's sacraments and do not hesitate to baptize again those already baptized in the name of the Father and of the Son and of the Holy Spirit.¹⁰ (16) I will not continue through this endless list. But surely, when all these (whom for time's sake I have touched on only briefly) return to the Bride of Christ and condemn by repentance their error and impiety, no Catholic teaching holds that they will be denied the peace of the Church, nor will the bowels of mercy be closed to them.

16. But if anyone then concludes from this that someone whose sins have already been remitted through baptism is the one who speaks

6. Modalists. This begins a catena of anti-heretical remarks.

7. Subordinationists.

8. Manichees

9. Montanists.

10. Donatists.

attendat nec talibus per ecclesiae sanctitatem auferri poenitentiae locum. (2) Si enim propterea credit non dari veniam, quia gratia fidei sacramentisque fidelium iam perceptis non potest dici peccasse ignorantia, videat aliam causam esse, cum dicitur propterea non ignosci, quia non ignorantiae tempore peccatum est, et aliam causam esse, cum dicitur propterea non ignosci, quia verbum dixit adversus spiritum sanctum. (3) Si enim sola ignorantia veniam meretur et ignorantia non accipitur nisi antequam quisque fuerit baptizatus, non solum si adversus spiritum sanctum, sed etiam si adversus filium hominis post baptismum dixerit verbum, et omnino si qua fornicatione vel homicidio vel ullo flagitio aut facinore post baptismum sese maculaverit, non potest poenitendo curari. (4) Quod qui senserunt, exclusi sunt a communione catholica satisque iudicatum est eos in illa crudelitate divinae misericordiae participes esse non posse. (5) Si autem illud solum, quod adversus spiritum sanctum dicitur, sine venia esse post acceptum baptismum putatur, primo dominus, cum inde loqueretur, nullum tempus excepit sed regulariter ait: *Qui dixerit verbum adversus spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro.* (6) Deinde Simon, quem paulo ante commemoravi, iam baptismum acceperat, cum spiritum sanctum turpissimo mercatui subditum credidit, cui correpto a se Petrus tamen consilium poenitendi dedit. (7) Quid autem de his qui cum baptismi sacramenta pueri vel etiam infantes perceperint, postea negligenter educati per ignorantiae tenebras vitam turpissimam ducant nescientes omnino, quid christiana disciplina iubeat aut vetet, quid polliceatur et quid minetur, quid credendum, quid sperandum, quid diligendum sit; (8) num audebimus peccata eorum propterea non ignorantiae peccata deputare, quia baptizati peccaverunt, cum omnino ignorantes et omnino, quemadmodum dicitur, ubi caput haberent, nescientes in magno errore peccaverint?

17. Quod si eo tempore cum scientia quisque peccasse dicatur, quo scit malum esse quod facit et tamen facit, cur hoc in spiritum sanctum solum, non etiam in dominum Iesum Christum irremissibile iudicatur? (2) Aut si hoc ipsum esse creditur peccare vel verbum dicere adversus spiritum sanctum, quodlibet peccatum cum scientia committere, ut, quicquid homines ignorando peccant, in filium peccare, quicquid autem scientes peccant, in spiritum sanctum peccare iudicentur, quaero quis nesciat malum esse verbi gratia corrumpere pudicitiam uxoris alienae, vel eo ipso certe, quod hoc in sua coniuge nollet perpeti, aut fraudare quemquam in negotio aut circumvenire mendacio aut opprimere testimonii falsitate aut auferendae rei eius causa insidiari et occidere quempiam, et si quid omnino est, quod sibi ab altero fieri non vult, et si fieri senserit, toto corde indubitanter accusat? (3) Aut si haec ab ignorantibus fieri dicimus, quid inveniemus in quo scientes homines peccare videantur? (4) Restat ergo ut, si hoc est peccare in

unforgivably against the Holy Spirit, let him mark that such people have never been denied the opportunity to repent such things through the holiness of the Church. (2) For if one therefore thinks that forgiveness is denied because such a person, already in the Church through the grace of faith and the reception of the sacraments, cannot be said to have sinned through ignorance, let him see that these are two different considerations: forgiveness for a sin committed knowingly and not from ignorance, and forgiveness for having spoken against the Holy Spirit. (3) For if ignorance alone merits pardon, and ignorance is admissible only prior to baptism, then no baptized person having spoken against the Holy Spirit or the Son of Man, or having stained himself by fornication or homicide or any other offense or crime after baptism, could be healed after repenting. (4) Those maintaining this opinion have been excluded from the Catholic communion, and rightly has their own harshness denied them participation in divine mercy.¹¹ (5) Why say that after baptism the word spoken against the Holy Spirit cannot be forgiven? For in the first place, when the Lord taught this, he set no time limits but simply said: "Who has spoken a word against the Holy Spirit will not be forgiven either in this world or in the one to come." (6) But Simon Magus, whom I mentioned a little earlier, had already received baptism when he believed that the Holy Spirit was subject to most foul traffic; and nonetheless Peter, after correcting him, counseled repentance. (7) Finally, what about those who, though baptized in childhood or infancy, nevertheless later on, negligently educated, lead the most disgraceful lives in the darkness of ignorance, utterly unacquainted with Christian commandments and prohibitions, with what is promised and what threatened, with what ought to be believed and hoped for and loved? (8) Will we dare consider their sins not sins of ignorance simply because they sinned after baptism when, completely ignorant, not even knowing, as the saying goes, where their own head is, they have sinned in great error?

17. But if someone knowingly sins, conscious that what he does is bad and yet doing it, why consider this unforgivable only if it is directed against the Holy Spirit, and not against the Lord Jesus Christ? (2) Or is the sin committed knowingly like a word spoken against the Holy Spirit, so that the various sins of ignorance are sins against the Son, but sins committed knowingly are sins against the Holy Spirit? But, I ask, who does not think that corrupting the chastity of another's wife is evil, if for no other reason than that he would not wish to endure this with his own wife? Who does not know that deceit in a business deal, or mendacity, or oppression by false testimony, or stealing property through treachery and murder, is evil? Who, if anyone does something to him that he does not want done to himself, hesitates to accuse this person with his whole heart? (3) Can we say that such things are sins of ignorance? What sin, then, could a man possibly do knowingly? (4) It follows therefore that these are sins against the Holy

11. Novationists.

spiritum sanctum peccare cum scientia, illis peccatis quae commemoravi negetur poenitendi locus, quoniam peccato in spiritum sanctum omnem spem veniae dominus amputavit. Quod si regula christiana respuit omnesque illos qui sic peccant ad correctionem vitae
 5 vocare non cessat, (5) adhuc quaerendum est quid sit peccare in spiritum sanctum cui peccato venia nulla conceditur.

18. An forte non est dicendus cum scientia peccare, qui peccatum ipsum malum esse novit, et tamen deum voluntatemque eius ignorans peccat. (2) Quod enim videtur et ad Hebraeos dicere, cum dicit: *Voluntarie enim peccantibus nobis postquam accepimus scientiam veritatis, non*
 10 *adhuc relinquitur pro peccatis sacrificium.* (3) Parum enim erat si tantummodo diceret: *Voluntarie peccantibus nobis*, nisi adderet: *postquam accepimus scientiam veritatis*, in qua utique deus voluntasque eius cognoscitur. (4) Quae sententia videtur congruere dominicae illi sententiae, cum ait: *Servus ignorans voluntatem domini sui et faciens digna plagis*
 15 *vapulabit pauca; servus autem sciens voluntatem domini sui et faciens digna plagis vapulabit multa,* (5) ut hoc putemus dictum esse, quod dictum est: *vapulabit pauca*, tamquam si diceret, leviter emendatus ad veniam pertinebit; in eo vero quod dictum est: *vapulabit multa*, sempiternum
 20 supplicium intelligatur, quod minatur peccantibus in spiritum sanctum, quibus dicit numquam posse dimitti peccatum, ut hoc sit peccare in spiritum sanctum cognita dei voluntate peccare. (6) Quod si ita est, cogitari oportet et discuti prius, quando cognoscatur voluntas dei. (7) Nonnulli enim et ante perceptum baptismi sacramentum cognoverunt
 25 eam. Nam et Cornelius centurio voluntatem dei utique apostolo Petro docente cognovit et ipsum spiritum sanctum manifestissimis coattestantibus signis antequam baptizaretur accepit, quamquam non ideo sacramenta illa contempserit, sed multo certius baptizatus sit, ut etiam ipsa sacrosancta signacula, quorum res in eo praecesserat, ad perficiendam
 30 scientiam veritatis percipere nullo modo moraretur. (8) Multi autem nec post acceptum baptismum curant cognoscere voluntatem dei. Quapropter quisquis ante baptismum cognita dei voluntate peccaverit, non possumus dicere aut ullo modo credere, cum ad baptismum accesserit, non ei dimitti omnia quaecumque peccavit. (9) Huc accedit
 35 quod, cum voluntas dei in diligendo deo et proximo breviter insinuetur credentibus, ita ut in his duobus praeceptis tota lex pendeat et omnes prophetae—dilectionem autem proximi, id est, (10) dilectionem hominis usque ad inimici dilectionem nobis dominus ipse commendat
 (11) et videmus, quam multi iam baptizati et vera esse ista fateantur et
 40 tamquam domini praecepta venerentur—cum autem perpersi fuerint alicuius inimicitias, ita rapiuntur animo ad ulciscendum et tantis inardescunt facibus odiorum, ut nec prolato et recitato evangelio

Spirit, namely, sins knowingly committed. And the opportunity to repent for these sins which I have just mentioned would be denied, since the Lord cut off all hope of pardon for a sin against the Holy Spirit. But if the Christian rule rejects this view, and unceasingly calls to correction those who so sin, (5) we must then still ask: what is the sin against the Holy Spirit for which no pardon is granted?

18. Or perhaps someone who knows that sin itself is bad, but who goes ahead anyway since he does not know God and God's will, should not be said to sin knowingly? (2) Paul himself seems to say this to the Hebrews when he writes: "For if we sin deliberately after we have received the knowledge of truth, there no longer remains a sacrifice for sins" (Heb. 10:26). (3) It would have been insufficient had he said "If we sin deliberately," without adding, "after we have received knowledge of the truth," which certainly makes known God and his will. (4) And this seems to accord with the Lord's statement: "The servant not knowing his lord's will and doing what deserves punishment will be flogged lightly; but the servant knowing the will of his lord and still doing things deserving punishment will be flogged severely" (Lk 12:47-48). (5) Thus we might take "he will be flogged lightly" as "he will be lightly corrected and will attain pardon," but "he will be flogged severely" as the eternal punishment that threatens those sinning against the Holy Spirit, whose sin Christ says can never be excused. By this interpretation, to sin against the Holy Spirit would mean to sin after knowing the will of God. (6) To maintain this position we must first consider and discuss the question, when is the will of God known? (7) For some have known God's will even before receiving the sacrament of baptism. Cornelius the centurion, for example, both certainly knew the will of God through the apostle Peter's teaching and received the Holy Spirit, as the most manifest signs attested, before he was baptized. All this notwithstanding, however, he did not scorn the sacraments, but rather that much more surely was he baptized. For even though the reality to which these holy marks point had already preceded his baptism, he still hastened to receive them in order to perfect his knowledge of the truth (Acts 10). (8) On the other hand, many people even after receiving baptism do not take care to know God's will. And this is why we can neither say nor by any means believe, if anyone before baptism knew the will of God and still sinned, that he is not forgiven all his sins no matter what they were once he receives the sacrament. (9) We hold this all the more because, although the will of God, in the principle of loving God and neighbor, is concisely introduced to all believers, since from these two precepts hang the whole law and all the prophets (cf. Mt 22:37-40)—that is, (10) the love of our neighbor which the Lord himself commends to us even to the point of loving our enemies, (11) and we see how many people, already baptized, both confess this truth and venerate it as the Lord's teaching—nevertheless, when they suffer someone's insult, their soul is so seized with desire for revenge and they burn with such torches of hatred that even when the

placari possint; et talibus hominibus iam baptizatis ecclesiae plenae sunt. (12) Quos tamen spirituales viri fraterne admonere non cessant et in spiritu lenitatis instanter instruunt, ut huiusmodi temptationibus occurrere ac resistere parati sint et magis diligant in Christi pace regnare quam de inimici oppressione laetari, (13) quod inaniter fieret, si talium peccatorum nulla spes veniae, nulla poenitentiae medicina remaneret. (14) Et certe caveant, qui hoc sentiunt, ne David patriarcham divina electione probatum atque laudatum ignorasse affirmant voluntatem dei, cum alienae coniugis amore percussus etiam maritum eius decipiendum necandumque curavit, de quo tamen scelere, cum esset primo sua, deinde prophetae voce damnatus, poenitendi humilitate et peccati confessione liberatus est. (15) Sed plane vapulavit multa et exemplo suo docuit intelligi non ad sempiternam poenam, sed ad severiorem disciplinam pertinere, quod dictum est a domino: *Qui autem novit voluntatem domini sui et facit digna plagis, vapulabit multa.*

19. Nam et illud ad Hebraeos, qui diligentius pertractant, sic intelligunt, ut non de sacrificio contribulati per poenitentiam cordis accipiendum sit, quod dictum est: (2) *Non adhuc pro peccatis relinquitur sacrificium*, sed de sacrificio, de quo tunc loquebatur apostolus, id est holocausto dominicae passionis, quod eo tempore offert quisque pro peccatis suis, quo eiusdem passionis fide dedicatur et christianorum fidelium nomine baptizatus imbuitur, ut hoc significaverit apostolus non posse deinceps eum, qui peccaverit, iterum baptizando purgari. (3) Quo intellectu non intercluditur poenitendi locus, ita sane, ut eos qui baptizati sunt, nondum plenam scientiam veritatis accepisse fateamur. (4) Ex quo conficitur ut omnis, qui scientiam veritatis accepit, etiam baptizatus intelligatur, non autem omnis baptizatus etiam scientiam veritatis acceperit propter quorundam posteriorum provectum vel miserabilem negligentiam, et tamen illud sacrificium de quo loquebatur, id est holocaustum domini, quod tunc pro unoquoque offertur quodammodo cum eius nomine in baptizando signatur, iterum si peccaverit, offerri non potest. (5) Non enim possunt denuo baptizari, qui semel baptizati sunt, quamvis etiam post baptismum per ignorantiam veritatis peccaverint. (6) Ita fit ut, quoniam sine baptismo nemo recte dicitur accepisse scientiam veritatis, omnis qui accepit eam, non ei relinquatur pro peccatis sacrificium, hoc est non possit denuo baptizari; nec tamen omnis, qui non accepit per doctrinam scientiam veritatis debeat arbitrari posse pro se illud offerri sacrificium, si iam oblatum est; id est, (7) si iam eiusdem veritatis per baptismum sacramenta percepit,

Gospel is brought out and recited to them, they cannot be pacified. The churches are full of such men who are already baptized. (12) Nonetheless, spiritual men do not cease to admonish them fraternally and insistently to instruct in a spirit of gentleness, so that they might be prepared to oppose or resist such temptations and to love to prevail in the peace of Christ more than to rejoice in oppressing an enemy. (13) But all this would be futile were there no hope of pardon for such sinners, no medicine of repentance. (14) And let those who think that no one who sins knowing the will of God has the hope of grace or forgiveness take heed: thinking thus, they affirm that David the patriarch, approved and praised by divine election, had not known the will of God when he, smitten with love for another's wife, took care to deceive and murder her husband, when after he was condemned first by himself and then by the prophet for this wickedness, he obtained pardon through the humiliation of repentance and the confession of sin. (15) But clearly he was severely punished, and by his own example taught that the Lord's saying—"Who knows the will of his lord and does things deserving punishment will be flogged severely"—relates not to eternal punishment, but rather to very harsh discipline (2 Sam. 11-12).

19. Careful perusal of the *Epistle to the Hebrews* leads one to understand that Paul's statement there does not pertain to the sacrifice of the heart bruised by repentance. (2) In saying "there no longer remains a sacrifice for sins" (Heb. 10:26), Paul refers to the sacrificial offering of the Lord's passion that each one offers for his own sins at baptism when, dedicated by faith in that same passion, he is imbued with the name of the Christian faithful. Thus the Apostle indicates here that the person who sins after baptism cannot be cleansed by a second baptism. (3) This understanding leaves open the opportunity for repentance, granted, of course, that we acknowledge that those who are baptized have not yet received the full knowledge of truth. (4) From this one could conclude that everyone who has received the knowledge of truth is considered to be already baptized and, accordingly, that not every baptized person has received the knowledge of truth, whether because of a particular person's having advanced too slowly in catechism or having been unfortunately neglected. Nonetheless, this sacrifice Paul speaks of—that is, the sacrificial offering of the Lord—which is offered in some way for each individual when he is sealed in Christ's name at baptism, cannot again be offered if the man again sins. (5) Thus they who have already been baptized once cannot be baptized again, even though through ignorance of the truth they may have sinned after baptism. (6) And since no one without baptism can rightly be said to have received the knowledge of truth, it then follows that every man who has received such knowledge has no sacrifice for sins left to him, that is, he cannot be baptized a second time. Nor ought anyone who did not receive the knowledge of truth through instruction think that he can receive the divine sacrifice through baptism again if he has already received it once. (7) That is, if he has already taken hold of the sacraments of that same truth by

non potest iterum baptizari, tamquam si diceremus omnem hominem non esse quadrupedem, non ideo tamen omne animal, quod homo non est, etiam quadrupes esse. (8) Eos enim qui iam baptizati fuerint curari melius dicimus per poenitentiam, non renovari, quia renovatio in
 5 baptismo est, ubi quidem operatur poenitentia sed tamquam in fundamento. (9) Manente itaque fundamento recurari aedificium potest, si autem fundamentum iterare quis voluerit, totum aedificium subvertat necesse est. (10) Propterea hoc dicit Hebraeis, qui ex novo testamento ad sacerdotium vetus declinasse videbantur: *Ideoque remittentes,*
 10 *inquit, initii Christi verbum in consummationem respiciamus non iterum iacentes fundamentum poenitentiae a mortuis operibus et fidei in deum, lavacri doctrinae, impositionis manus, resurrectionis etiam mortuorum et iudicii aeterni.* (11) Ista omnia in baptismo traduntur, quae negat esse repetenda utique in consecrandis fidelibus. Nam in verbi dei tractatione atque doctrina non iterum tantum sed saepius dicenda sunt, sicut
 15 rerum, de quibus disseritur, opportunitas flagitat.

20. An vero iam illud occurret, ut non iam, si quodlibet peccatum sciens admiserit, sed si proprie peccatum in spiritum sanctum sciens admiserit, tunc non habere veniam iudicetur. (2) Quo loco quaeri
 20 potest, utrum scirent Iudaei per spiritum sanctum operari dominum, quando eum in principe daemoniorum daemona excludere blasphembant. (3) Miror autem, quomodo possent in illo spiritum sanctum cognoscere, cum ipsum dominum filium dei esse nescirent in illa scilicet caecitate, *quae ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret.*
 25 (4) De qua opportunius suo loco domino adiuvante atque permittente tractabitur. Deinde si diiudicatio spirituum illa intelligitur, qua quisque diiudicat, utrum in quoquam spiritus sanctus an fallaciae spiritus operetur—haec autem diiudicatio certo quodam tempore per spiritum sanctum fidelibus datur, sicut alio loco idem apostolus dicit—(5)
 30 quomodo poterant infideles Iudaei sine isto munere diiudicare, utrum per spiritum sanctum dominus operaretur? Et tamen in eis, ut iusta poena ferirentur, apertissima indicia malevolentiae claruerunt, cum et falsos testes in eum compararunt, et submiserunt simulatores qui eum in verbo caperent, (6) et, cum tremenda mirabilia, quae in eius
 35 resurrectione facta sunt, eis renuntiarentur, famam falsam disseminare ac veritatem abscondere custodum corruptione conati sunt et alia maligni et venenosi animi signa in eis, quantum evangelica narratio demonstrat, apparent.

21. Unde iam velut incepit elucere eum peccare in spiritum sanctum
 40 qui operibus, quae per spiritum sanctum fiunt, malivolo animo contradicit. (2) Quamquam enim

baptism, he cannot again be baptized. Just as, for example, if we were to say that no man is four-legged, it would not follow that every animal, since it is not human, would have four legs.¹² (8) And so we say that already-baptized people who sin are better cared for by repentance, not renewal. Renewal comes through baptism, and is the foundation upon which repentance works. (9) With the foundation remaining, a building can be repaired; but if anyone wishes to build the foundation again, the whole edifice must first be torn down. (10) For this reason Paul says to the Hebrews, who apparently had fallen away from the New Testament back into the old priesthood: "Thus leaving aside the elementary doctrines of Christ, let us look to consummation, not again laying the foundation of repentance from dead works, and faith in God, and teaching about cleansing, the laying on of hands, the resurrection of the dead, and eternal judgment" (Heb. 6:1ff.). (11) All such things are handed over at baptism, and it is these things which Paul says ought not be repeated as though for the consecration of the faithful. For in dealing with the word of God and doctrine, such things ought to be said not merely "again," but very often, as circumstances demand.

